VETUS ET NOVA ECCLESIÆ DISCIPLINA

CIRCA

BENEFICIA & BENEFICIARIOS,

DISTRIBUTA IN TRES PARTES SIVE TOMOS,
quæ & ipſæ in tres Libros ſingulæ diſtributæ ſunt.

PARS TERTIA, ſive TOMUS TERTIUS,

UBI AGITUR

LIB. I. De Bonis Eccleſiæ temporalibus.
LIB. II. De eorum Diſtributione.
LIB. III. De Canonico & pio eorumdem uſu.

OPUS EX SANCTIS PATRIBUS, EX CONCILIIS, ex quorumque temporum Hiſtoriis decerptum.

EDITIO TERTIA ITALICA
variis Animadverſionibus locupletata.

AUTHORE, EODEMQUE INTERPRETE

LUDOVICO THOMASSINO
Oratorii Gallicani Presbytero.

VENETIIS, MDCCLII.
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
Superiorum Permiſſu, ac Privilegiis.

VETUS ET NOVA ECCLESIÆ DISCIPLINA

CIRCA BENEFICIA & BENEFICIARIOS,

DISTRIBUTA IN TRES PARTES,

Quæ & ipſæ in tres Libros ſingulæ diſtributæ ſunt.

PARS TERTIA,

& Ultima,

IN QUA AGITUR

LIB. I. De Bonis Eccleſiæ temporalibus.
LIB. II. De eorum Diſtributione.
LIB. III. De Canonico & pio eorumdem uſu.

LIBER PRIMUS,

CUJUSMODI FUERINT BONA ECCLESIÆ temporalia, Decimæ, Primitiæ, Oblationes, Poſſeſſiones, Agri, Dominia & Principatus.

De Temporalibus Eccleſiæ Rebus per tria priora ſæcula.

CAPUT I. P. 1. l. 3. c. 1.

De temporali re Eccleſiæ, in ipſa prima ſui inſtitutione per Chriſtum & per Apoſtolos.

I. Lege Naturali & Moſaica alendorum Altaris Miniſtrorum onus populo incumbit.
II. Speciali lege id Chriſtus ipſe ſanxit. Tria ſubſidia, quibus ipſe & Apoſtoli ſe ſuſtentarunt.
III. Prædicatores Evangelii, Sacerdotes & Sacrificii habendi & ipſi ſunt.
IV. Qui primi in Palæſtina nomen Chriſto dedere, ii poſſeſſionum ſuarum diſtractarum pretio Eccleſiam ditavere.
V. Temporalium adminiſtrationem ipſi primum ſubiere, tum in Diaconos transtulere Apoſtoli.
VI. Pauli verbis evidentiſſime confirmatur jus Altaris Miniſtrorum vivendi de Altari.
VII. Cum eſſet ipſe a temporalium cupiditate alieniſſimus, inſtantiſſime fideles urgebat, ut largiſſime darent.
VIII. Urgebantur divites ad ea large ſeminanda, quorum maximus ad ipſos fructus redditurus eſſet, non nullus etiam ad pauperum ſuſtentationem.
IX. Collectas inſtituerunt Apoſtoli, ad pauperum Hieroſolymitanorum levationem.
X. Apoſtolis & Clericis aliis, quæ juſta erant ſtipendia, erant & eleemoſynæ.
XI. Fideles juſta hæc a ſe deberi ſtipendia intelligebant.
XII. Poſſeſſiones Eccleſiæ nihil officiunt laudatiſſimo ejus paupertatis amori. Uſus poſſidendi fundos, & ſervandi aliqua in venturas neceſſitates, fundamenta Chriſtus ipſe præſtruxit.
XIII. XIV. Omnium longe perfectiſſima fuit paupertas Chriſti, Apoſtolorum, & Apoſtolicorum aliorum Præſulum.
XV. Cur vendi agros deſitum ſit.
XVI. De Decimis & Oblationibus.

NON hic ego exempla congeram, vel argumenta, ex omni Gentilium antiquitate & religione petita, ut demonſtrem, quam late pateat univerſus orbis, Miniſtros Altaris, vel populorum oblationibus, vel Principum largitatibus & donis ſuſtentatos fuiſſe. Tenebricoſa ea erat imitatio, & decolor imago veriſſimæ religionis. Sed utcumque tamen ex ea vox naturæ exauditur.